

emittunt messem copiosam; Dominus misereatur nostri. Rex  
 Gallie ut heri ad me scripsit Dñs Beza, juravit solemnter,  
 se passurum potius, ut regnum Gallie evertatur, quam ut ali-  
 qua Romane religionis diversam in regno suo ferat,  
 et successorem alium quam Catholicum admittat. Hec enim  
 sunt Dñi Beza verba. Cordiang Princeps cum hoste conflictit,  
 et victoriam obtinuit, sed cruentam valde. Occubuerunt  
 fratres filii Andelolij et post pugnam diebus paucis se-  
 cutus est obitus Dñi Rohani. Scribit Beza in tola nobilitate  
 Gallia his viris nullos opibus validiores et zelo pietatis arden-  
 tiores fuisse, itaq; magnam in eis jacturam factam esse.  
 Excitet Dñs alia organa ad defendendam Ecclesiam suam  
 idonea et salutaria. Qui has tibi reddidit Bohemus est Pra-  
 gentis, vir pius et doctus, dignusq; optimorum virorum  
 favore. Cujus rei causa ad has regiones venerit, ex ipso  
 cognosces. Quæso tracta eum, ut dignus est. Liberi mater  
 19. Maji hora 3. post meridiem pie obdormivit in Domino.  
 Nolunt Amici et consanguinei illius, ut hujus rei causa huc  
 veniat, facta tecta sunt ei hic omnia. Dicitur egro-  
 lassse aliquandiu, itaq; rogant nostri scholarchæ, si desti-  
 tuatur pecunia ad Medicis satisfaciendum, aut alia ne-  
 cessaria ad sanitatem recuperandam paranda, auxilio illi  
 vestro adfuit, satisfiet vobis abunde. Vale Vir Doctissime  
 et me amare, ne desine. Raptim 19. Maji 1586.

T. T. Hübner.

Carissimo Viro, pietate atq; eruditione  
 Prestantissimo, Dño Davidi Pareo, Dño  
 suo et Amico honorando Heidelber-  
 gam in domum Sapientie deferantur.

Johannes Vorstius Davidi Pareo Sal.

85)

Gaudeo hanc mihi ad te scribendi occasionem, vir Clarissime,  
 oblatam. Nam etsi de tua erga me singulari benevolentia  
 nunquam dubitavi, mihi tamen ex tuis ad Hübnerum nostrum  
 literis perjuvanda illa tui in me amoris recordatio: quæ nihil  
 gratius, nihil acceptius, nihil deniq; jucundius esse potuit. Itaq;  
 cum benevolum animum tuum jam dudum perseperim, sic  
 vicissim apud te statuas velim, meam videlicet tuorum erga

me meritorum memoriam, nullam unquam deleturam obli-  
vionem, meq; tuis rebus omnibus ut, tibi Sarrée, par est, par  
futuram erga te studio, pariq; animo, inio eadem voluntate  
quotiescunq; sese offeret occasio. Sed unum est, quod te adha-  
orem atq; obsecrem, quodq; tua singulari in nostros homines  
humanitas suavissimiq; mores efficiunt, ut me abs te impe-  
traturam confidam. Urbis nostra hujusq; Reipubl. Consul  
Gnj Johannes Wattenwillij, vir generis nobilitate, pietate  
ac prudentia singulari ornatissimiq; filium habet, eximia  
spe et preclara indole puerum, quem ab ineunte etate  
in Collegio Lausannensi diligenter instituendum curavit  
ita ut, quamvis decimum quartum etatis annum non  
dum excesserit, in secundam classem, nuper fuerit propter  
eruditionem et diligentiam promotus. Verum, quia inter  
Gallos hactenus vixit, et in patria lingua non satis est  
confirmatus, veretur prudens atq; optimus parens, ne cum  
filij adoleverit, non satis commode, aut saltem minus  
proprie Germanica utatur lingua, ideo iudicat, e re pu-  
eri esse, ut studiorum cursum, apud vos potius quam  
Lausanna aut in Gallia absolvat. Quia vero, nisi  
na fallit memoria, abs te audiui, vobis ex Illustrissimi  
Principis liberalitate licere, habere privatim convivium  
pro conjunctione et benevolentia nostra, mihi sumsi, ut  
a te familiariter peterem, ei de habitatione accommodari,  
aut si id commode non potes, saltem si sine molestia tua  
et quantum tua dignitas patietur si ei apud aliquem doctum  
honestum, liberalem ac bonum virum vel civem proficuum  
qui ipsius curam omnem suscipiat et habeat fidelem  
filio exoptat victum simul, habitationem, coeteraq; necessa-  
ria suppeditari; ne per urbem si hyberno presertim tempo-  
re magno cum temporis dispendio studiorumq; et corporis detri-  
mento vagetur. De cibis autem, istud peculiariter requirit  
ut non in Belgarum et Gallorum deliciis et luxu, sed ex sa-  
lubribus et vulgaribus omnis generis cibis honeste, liberaliter  
ac sufficienter alatur, quod in virum fortem, robustum et  
procerum si hoc est in Helvetium si Deus ita visum est,  
etiam evadat.

etiam evadat, siquidem graciliora et languidiora redduntur  
 juvenum corpasciula, quibus subtrahitur aut affatim non sub-  
 ministratur cibis. Commoda fit igitur, ut par est, habita-  
 tio; et cubile si fieri potest: cum uno duntaxat, eoque  
 modesto et non valetudinario puero: non autem in confusa  
 multorum turba eodem hypocausto juncta: ut etiam ex  
 condiscipuli consortio mores contrahat non poenitendos  
 sed tandem ut pietate et bonis literis instructus, ita optimis  
 moribus ornatus in patriam revertatur, cui, aut certe etiam  
 Ecclesie: quod puer ipse hactenus exoptavit: cum honore  
 et fructu interserviat.

Hæc sunt que hoc tempore, abs te volui, ad que velim  
 quam primum respondeas, adjecta præter tolerabilis men-  
 tionem. Legati nostri re infecta, sunt ex aula reversi;  
 Respondit Rex se majorum suorum et aliorum Principum  
 exemplo unicam in suo regno religionem toleraturam.  
 Interea Monasticam degit vitam ex Hieronymianorum  
 præscripto et voto. Vix conspicitur et paucis: ipsi etiam  
 Legati: sed eum patet adire. Vix uno aut altero die in  
 urbe versatur; nam subinde in vicinam amoenissimamque  
 Sylvam (cui nomen est, Le bois de Vincennes) per  
 vel rheda cum tribus aut 4. ex familiaribus vectus ad suos  
 Hieronymianos revertitur, vix ferens, ut interdum duo aut  
 tres equites eum subsequantur, ita et quos interdum præbet  
 et media via regredi. Coenobium ingressus cucullam induit,  
 precatorios globulos versat et terit: cum Monachis ex eodem  
 cibis, hoc est, ex elemosynis victitat: mensam ordine ster-  
 nit: orbem deinde, cultrum, poculum vel quicquid suum, et  
 si quid panis ex frustulo ipsi pari atque cæteris portione ap-  
 posito supersit, in suum locum refert: non summo mensæ  
 loco accumbit: sed sub Coenobii præposito inter reliquos  
 cucullatos loco ipsi designato. Belli, totiusque regni admini-  
 strationem Matri et consiliariis committit, in piis  
 illis rebus Rex piensissimus, religiosissimus ac brevi in sanctorum  
 numerum referendus, duntaxat occupatus, sed qui interea

suorum miseris non flectitur. Quod procul dubio non nisi  
ex innata dementia vel ex recordia summa, suorumque  
proficiuntur: vel certe ab utroque. Lutetia rerum omnium  
etiam deliciarum esse copiam referunt, sed summa cum car-  
itate conjunctam. Nam Legati nostri prius à quibusdam  
is excepti lautissime, cum eos honesto convivio vicissim  
exciperent, quatuor coronatos in singula capita numerarunt  
Tigurini. Bernenses vero postero die tres. Juniores lega-  
tione cum quis ex nostris sibi ad merendam eni iussisset, con-  
natam pro eo persolvere coactus est. Opulenti igitur ac divi-  
tes penuriam illam non experiuntur. Alter consul, cui no-  
men est à Mülhnen certam ac fide dignam historiam  
sed horrendam ac miserandam retulit, quae dum Lutetia  
essent Legati, contigit. Vidua quaedam erat Lutetia, cui post  
longam ac diuturnam rerum omnium penuriam et inedia-  
numque unicus filium appellavit. Supererat, sed per exiguum  
injustorum pondere. Haec cum ex eo nummo apud pistorum panem  
non haberet, frustra, fratris uxorem, vicinosque cum precibus  
et lacrimis suam suorumque miseriam exposuisset, obsecrans  
ut vel propter eam pecuniam, vel propter Deum panis fragmen-  
tum porrigerent, asperuissetque se liberorum querulas propter  
fame voces nullo modo posse amplius audire, famemque tolle-  
rare, furore quodam ac desperatione correpta domum exiit,  
filios primum deinde seipsam eodem gladio jugulat ac cor-  
pore fodit. Quod cum fratri eius innotuisset, is dum uxorem bacula  
feriret, praeter spem interemit, sibi fuga illuc consuluit.  
Ceterum nostris in Gallia omnia bene succedunt, Dei bene-  
ficio. Navarra tamen coactus est apud Pictones ad sepon-  
dum venire, quia à nonnullis propter temeritatem deserabatur.  
Solet enim in quasvis hominum turmas ut plerumque sine iure  
excurrere, quavis hactenus res bene cesserit. Nam in superiori  
illo conflictu, in quo Ravallij fratres duo occubuerunt, ex  
nostris non ultra XX. occubuerunt, ut ad nos huius scriptura  
est Lutetia. Ex Guisiani vero vicer DCCC. Atque uberrima  
spes est per totam ferè Galliam, sed verendum est, si Germani  
Principes dum Navarrae opem ferre differant, ne, cum venerit  
annona in urbibus jam fuerit collecta. Haec septima et nocte etiam  
intempesta

intempesta. Itaq; hae pro tua humanitate equi boniq; confulas,  
 et quae turbulenter scripta sunt, excusabis. In. D. Lohnum et D.  
 A. Isaacum meo nomine salutabis, idq; amantissime. Nostris  
 Vito, Amico integerrimo ac dno observandissimo, si apud vos  
 adhuc degit, salutem etiam meo nomine dicere, ne graveris,  
 velim. Dny Jesus vos istis custodiat et conseruet, sanctissimiq;  
 vestris laboribus magis ac magis suo spiritu benedicat. Berna  
 23 Junij 1586.

Tui amantissimus, studiofissimus  
 Johannes Vorstij.

in p. adu  
 Pietate atq; doctrina clarissimo  
 viro dno Davidi Pareo, Collegio  
 sapientiae praeposito, amico obser-  
 vandissimo  
 Heidelberg.

Taddeo Hagicio ab Hayek And. Dudith.

86/

Excellentissime et Prestantissime Dne Amice honorande  
 et charissime, S. P. Incidit profectis amici huiusmodi,  
 qui has redet, viri pietate et doctrina prestante pra-  
 diti in formica quaedam mea, quae a diligentiore et  
 copiosiore scripturae me revocant. Non debui tamen  
 praetermittere, quin hac occasione oblata Exi. Tuam  
 amanter salutarem, simulq; rogarem, ut hunc ami-  
 cum et comites eius, homines item bonos et pios, amice  
 et solita sua humanitate te complectatur, easq; mea  
 causa, si usus veniat, necessariis officiis persequatur,  
 colloquiisq; suo docto animos eorum reficiat. Non si igno-  
 ta est pietas doctrina et eximia bonitas Exi. V. vel  
 me predicante. Jamis et notis meis. Quicquid in eos  
 ab humanitate tua profectum fuerit, id ego ita acci-  
 piam, ac si in me ipsum contulisset. Aride literas  
 exspecto de statu rerum vestrarum et filii vestri,  
 quem saluto amanter, tum ut de vestris lucubrati-  
 onibus Mathematicis quid fieri velitis, mihi significetis.  
 Atq; adeo ad nuperas meas ea de re literas respondeatis,  
 vade vos rogo. D. Doctori Monario plur. salutem  
 adscribo, et rogo ne mea petitionis obliviscatur, re-  
 mittat